



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

An beatitudo operibus tribui possit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

ferorem excitant, nubes, sine aqua, arbores infructuosas, eradicatas, mortuas; fluctus maris, sidera errantia, *περιωσανήριτος*, & superbos, subsannatores religionis, seditiosos, scandulosos. quorum Deus venter est, hypocritas in quibus ne vnica quidem gutta sinceri sanguinis, inflatos sensu carnis suae adherentes spiritibus erroris, Doctores diabolicos, in hypocrisi loquentes mendacium, cauteriatam habentes conscientiam & tergum & caput. Auaros, insatiabiles, vrsilupos, ingratos, contumaces, libidinosos, indomitos, iracundos, vindictae amatores, calumniatores, verbum Dei mendacii accusantes. Proditores, mulerculas captiuas ducentes, semper discentes, nunquam ad scientiam peruenientes, homines reprobos sensu, Haereticos, fanaticos, ipsissimum daemone in illis contumaciam efficere. Lupos infernales, canes infernales. Et Pouchenius de eiusdem: Bruchi, locustae, Ciniphes, Ecclesiae vastatores sunt. Iacobus Andreae. Leuissimos esse homines, Epicureos, Arianos, Nestorianos, Sarana tradendos, Carnalissimos Capernaitas. Vitus ait, ipsum mendacium, non modo mendaces esse Calvinistas. Habere Spiritum Homicidalem, Spiritum Fanaticum, animae cidalem, efferum, insanientem, sectarium, melancholicum, infirmum, mestum, esse ipsum daemone, esse capita horrida conturbata. Eiusmodi Calvinistas esse voluminibus probant Lutherani, & mille simam partem non recenseo, nec huius loci, tantum ostendere volui, qua fama sint, qui Pontifici maledicunt. Deteriora sunt, quae molles contra rigidos scribunt, de quibus in coronide Iubilorum, atque alibi egi satis.

VERSUS 14. 15.

*Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.*

QUESTIO I.

*An Christum imitari non liceat, nisi vbi exemplum se dedisse contestatur?*

*In virtutis studio Christum imitari oportet.*

*Quadragesima seruanda.*

§.1. **N**Otandum est, inquit Caluinus, quod Christus se exemplum dedisse admonet. Neque enim omnia eius facta promissive ad imitationem trahi conuenit. Inde concludit. Ieiunium quadragesimale non esse seruandum. Esse enim perue iam amulationem. Contat non omnia nos Christi imitari facta, aut posse, aut debere. Ieiunium ex illis esse, quae imitari oporteat satis ipse docuit, cum discipulos suos ieiunaturos praedixit. Quemadmodum autem ceterarum virtutum imitationem nobis ratio, & scriptura indicat, ita temperantiae quoque legem, & mortificationem carnis, quae in ieiunio inuenitur, suo exemplo sancit: non quasi eum nos assequi possimus, sed quo possumus, tendendum est, si non eodem modo, ad eundem tamen scopum actiones dirigenda sunt. Quadragesimae porro observatio Christi exemplo nobis tradita est, veterum consensu. Ignatius ad Philippenses. *πισ εορτας μη απμαζετε, την πεσσαροκοσην μη εξεθενητε, μιμησαι το απελεγει τις τα κρυβη πολιτικα.* Festa ne inhoneretis, quadragesimam ne spernatis, imitationem enim continet Domini conuersationis. Similia & Clemens Can. 60. Apost. Nazian. de amore pauperum. Clemens Alexand. paedag. l. 2. c. 1. Euseb. Hist. l. 2. c. 16. Epiph. haeref. 29. sed de his alibi plura dixi. Q-

rigenes Hom. 20. in Leuiticum. Quadragesimae dies habere nos ait ieiunio consecratos. Mira porro Caluini impudentia. Ieiunia vetat, quia Christus ieiunans, non protestatur exemplum se dedisse, quod nobis ad imitationem sit propositum. Sed cum de pedibus lauantis exemplo se praesuisse monet, non tamen mille vnus est teste Musculo, qui comministro pedes non dico lauet, sed id sibi facendum, aut agnoscat, aut fateatur. Hic certo exemplo praetur, nec est qui putet sequi oportere.

VERSUS 17.

*Si hac scitis, beati eritis si feceritis ea.*

QUESTIO I.

*An beatitudo operibus tribui possit?*

§.1. **S**Cientiam sine operibus euaniam esse, & non vniua litera docent. Hoc & Christus indicauit: si cre- ditis pedes fratribus lauandos, & cum vera humilitate officia praestanda, non vos scientia, aut fides beatorum reddat, sed opus. Beati eritis si feceritis, non ergo beati, si facere volueritis, ab operibus ergo salos dependet. Quid vero si opus praestare non possit? Respondet Augustinus in Psal. 103. *Coronat Deus inuis bonitatem, vbi non inuenit facultatem.* Quare virtutem excindere conantur, qui clamant, salutem non modo operibus nos non mereri, sed etiam, ne cor ditione quidem operum ad salutem requiri, vt Mansfeldici in Synodo sua docuerunt. Quin etiam ipsi se ctarij quandoque vi veritatis adacti recte exponunt. Augustinus Marloratus, *Contra, si hac scitis, nec tamen factis, miseris sitis.* Qui enim nouerit recte facere, nec facit, hic peccato tenetur. Iacob. 4. 17. & Luc. 12. 47. Et Musculus non hic inscientiam culpam iudicat, sed caritatis omissionem & operis [Coeterum inquit, locus iste ijs potissimum obijci debet, qui vbi doctrinam Euangelij audiunt, dicunt: Quis ista nesciat? dicatur ergo illis. Si haec noueritis, beati estis, si feceritis ea.] Hic igitur scientiam esse posse concedunt, sed inutilem, si opera desint. Caluinus sententiam Christi inuenit, quia suis decretis aduersam experiebatur. [Neque enim vera cognitio Dei meretur nisi quae fideles eousque adducit, vt se capiti suo conformetur. Vana potius imaginatio est, dum Christum, & quae Christi sunt, extra nos conspicimus. Hinc collige, donec se quis fratribus suis subijcere didicerit, eum nescire, siue Christus magister.] Christus, si hac scitis, inquit, beati eritis, si feceritis ea. Scientiam esse posse, opus posse negligi asserit. At Caluinus nisi Christo se conformet, negat veram esse cognitionem. Nisi lauent pedes vana imaginatio est. Nescire Christi esse magistrum, nisi se fratribus subijcere didicerit. At contrarium Christus indicat, scire meliora, & probare, sequi autem deteriora. Quid honestu sit omnes Gregos scire, solos Lacedaemonios facere, dicebat verus censor, cum illi senem, quae caeteri excluderant, in theatrum ad spectaculu recepissent, & tota Graecia plausu illos honorasset, se damnasset. Pulchre Theophylactus ipsos scisse, sed de facto quaestionem fuisse. *μη επιστοι οτι τα ταυτα λεγεις ημιν ως δη αγροσεν, οιδασκη και ανπι το της ταπεινωσως καλον. ελα τα φησιν ειδωσ τε ουκ αρκει τα μονον. ελα το τε οπως εδ μακαροει, εδ πωτε ανπι. Ne dicerent: cur ista nobis quasi ignorantibus loquerer? Humilitatis honestatem & ipsi nouimus. Properea dicit: si scitis non hoc sufficit. Sed tunc vere eritis beati, si feceritis ista, addit. Nam & Iudaei praecepta nouerunt: At non beati, imo miserimi vt qui ea non facerent. Non igitur praenatiatio signu est ignorantiae, nec hoc Dominus dicere instituit, sed cognitioni coniungi imperat executione.*

ADAMI CONZEN  
112  
+ Euang. 17  
cvi  
18

bletti  
116

videt  
117

Scientia  
sine operi-  
bus dam-  
natur.

Scitum

seruus enim sciens voluntatem Domini & non faciens rapit-  
labit plagis multis. Ipse non ausus est corrumpere tex-  
tum Zvinglii. Non est satis, inquit, hac nouisse, nisi  
facto praesertim. Christum imitemur oportet, si beati esse  
volumus.

VERSUS 18.

Non de omnibus vobis dico: ego  
scio quos elegerim. Sed ut adim-  
pleatur scriptura: Qui mandu-  
cat mecum panem, leuabit contra  
me calcaneum suum.

QUESTIO I.

Quomodo elegit?

§. 1. **G**Ræca multa habent: *εγώ & οἷδα*. Ego enim  
scio. Sed causalem plures codices & corre-  
ctiores omittunt. Triplex est interpretatio. Prima vt  
electio sit ad vitam, & media quæ idonea sunt. Altera,  
vt sit ad officium Apostolatus. Tertia, vt dicat quales  
elegerit; scio quales fuerint, sint, & futuri sint, quos  
elegerit. Quarta adiungi solet, vt agatur de electio-  
ne ad Apostolatam non quauis, sed cum perseveran-  
tia, vt electi non deficiant, vt iudæ contigit. Sed illa  
electio prædestinatione & electione ad gloriam cõ-  
iungi debet. Cæterum omnem electionem Christus  
hoc verbo complexus est. Nam obiici poterat, vt  
quid proditorem elegisti? tanto honore iudam di-  
gnatus es, cur principum tantorum collegium socie-  
tate proditoris infamas? Respondet se nequaquam  
in scium futurorum, elegisse, sibi notum esse non mo-  
do quales elegerit, sed etiam quos elegerit ad Apo-  
stolatam permanfuros, quos ad eandem dignitatem  
rebellaturos, qui proinde sint filii Dei secundum ele-  
ctionis propositum, qui vero sua culpa rami excin-  
dendi. Nec mirum videri oportere aliquem tanto fa-  
stigio indignum in suam familiam esse adscitum, cum  
Scripturæ id satis indicent futurum fuisse.

§. 2. Calvinus iudam veram gratiam, veramque  
fidem habuisse negat, sed tantum externa quadam  
ornamenta: idque de omnibus reprobis iudicat.  
[Reprobos, inquit, quidem interdum Deus ornat,  
Spiritus sui donis, ad exequendum, quod illis iniun-  
git munus. Sic regis in Saule virtutes ad tempus reful-  
gent: Sic & iudas egregiis dotibus pollebat, quales  
Apostolum Christi decebant. Sed alia longe est Spiri-  
tus sanctificatio, qua Dominus, non nisi filios suos  
dignatur: nam eos mente & corde renouat, vt in eius  
conspetu sint, & irreprehensibiles.] addit: adoptionem  
esse perpetuam, &c.

Nituntur falso Calvinistarum effato de fide inde-  
lebili. Non enim vlli fidem dari existimant illi, qui  
eam aliquando amittat. At si alia dona aliquando re-  
probi accipiant, & perdant, non potest esse maior  
certitudo de fide, caritate, iustitia, quam de aliis.  
Quod si virtutes illæ ad tempus refulgent, non po-  
test quisquam certo statuere an perpetuo mansuræ  
sint, an temporariæ sint. Eisdem enim motus sen-  
tiunt reprobi & electi aliquando, & initia pietatis,  
& progressus magnos habent, quos perseverantia  
non coronat. Nemo itaque de sua perseverantia secu-  
tus est. Augustinus timere omnes iubet. l. i. cap. 31. de  
ciuit. Dei. Quis enim primos illos homines in paradiso negare  
nudeat beatos fuisse ante peccatum: quamuis de sua beatitudi-  
ne, quam diuturna, vel verum æterna esset, incertos? Effet au-  
tem æterna nisi peccassent. De illis vero, qui nunc piè vi-  
uant, sic pronunciat. Qui licet de sua perseverantia præ-

mio certi sint, de ipsa tamen perseverantia suâ reperiuntur in-  
certi. Quis enim hominum, se in actione profectuque virtutum  
perseueraturum vsque in finem sciat? nisi aliqua reuelatione  
ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latenteque iudicio, non o-  
mnes instruit, sed neminem fallit.

Idem etiam Epist. 107. docet nonnullos vere iustos  
deficere, & damnari. & c. 7. de corrept. & gratia. l. 2. c.  
1. de bono perseverantia. & c. 13. eodem loco. Docet iusti sape  
enim timendum omnibus, quia nescitur, quo perue-  
niendum. Quosdam filios perditionis bene & iuste & dānans  
incipere vitæ, & postea cadere, neque de vita priu-  
tur.

Si in eodem statu rapri fuissent, salui essent, nunc  
damnantur, quia malitia mutauit mentem ante,  
quam morerentur.

§. 3. Interim monemur ne iniuriam inferentibus  
irascamur, pro illorum potius salute oremus: Omnia  
eo dirigamus, vt corrigantur, vt sermo monet Chryso-  
stomus. Nec etiam animo cadamus, aut miremur, si  
ad summos in Ecclesia honores aliquando videamus  
ascendere hypocritas; imo proditores. Apostolus &  
quidem œconomus Christi talis erat.

QUESTIO II.

Quid est calcaneum contra aliquem  
leuare?

§. 1. **S**ensus imperfectus est, subaudiendum enim  
est, hoc factum esse, vt impletetur Scriptura.  
Leuauit, est *επάγει* Psalmo 40. 10. Daud queritur, ho-  
minem pacis sue qui comedeat panem eius magnificasse super  
se calcaneum, *אָרַבְרָא עַל עֵקֶב* *Higdál ghalas ghalakth*. Calcaneum  
Magnificauit super calcaneum, seu plantam, hoc est, sup-  
plantauit, dolo euerit. Dauidi quidem amicitia il-  
luserunt fraudulentis, hictamen locus de Christo li-  
teraliter accipiendus est. Dicitur porro de illis, qui-  
bus tantum virium non est, vt aperta vi hostem ag-  
grediantur, sed dolo tentant. Græcis est *κατακλι-  
θεοδύ*; luctatorum erat, calcaneo crura aduersarii im-  
pedire, vel ferire, vt deficerent. ita Psal. 55. 7. *Ἰψὶ calcaneum meum obseruabunt*, hoc est, omnia vestigia, vt deci-  
ciant. Agellius in com. *κατακλιθεοδύ μὲ τὴν ἀλέγαν*.  
*τὸ ἐστὶ τὴν τῶν βίβων ἀπὸ τῶν σκελετῶν καὶ τῶν ἀλυσίων*  
*καὶ τῶν ἐργῶν μὲν παραίτησιν.* Laborabant solliciti circa calca-  
neum meum, hoc est vitæ gressum, si quomodo supplantando  
degerent me, & vestigia mea obseruabāt. ar hic calcaneum  
suum contra vestigia amici eleuat insidiator. Magnifi-  
cauit; nam magnifico se stratagemate vicisse putabat,  
quod & rem sibi pararet, & scelus lucturum confide-  
ret. Similis locutio est Abdæ 17. Ieremæ 9. 4. Valde  
igitur dolose & prudenter se agere iudas existi-  
mabat.

Pulchre Theophylactus; *καὶ οὐκ εἶπεν. ἢ ἔτι  
καὶ διδωσὶ μὲ. ἀλλ' ἤγει ἐπὶ ἐμὲ ἡεργισμὸν τῶν ἐπὶ δόλον,*  
*καὶ ἐπὶ τὴν καὶ ἐμὴ συνέδνηεν.* Et non dixit: Quod ille tra-  
didit me. Sed leuauit super me calcaneum, siue supplantatio-  
nem, hoc est dolum, & deceptionem contra me constituit. Ori-  
ginem locutionis etiam adducit. *ὅτι μετὰ φθορῆς τῶν  
παραίτων ἢ κατακλιθεοδύ τῶν ἀνταποκαταστάσεων, ἢ τῶν  
τῶν ἀλέγαν ἀπὸ τῶν πάλιν, καὶ τῶν ἀντων.* Ex metaphorā lu-  
ctantium, qui supplantantes sollicitatores, dum calces eorum  
calcant, deiciunt.

VERSUS 19.

A modo dico vobis, prius quam fiat:  
ut cum factum fuerit, credatis;  
quia ego sum.